



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Humilitatis gradus multis modis à Patribus aßignari, & qua ratione à nobis
tractandi. Cap. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Humilitatis Gradus multis modis à Patribus assignari; & quare ratione à nobis tractandi.

C A P V T I.

SANCTI Doctores Ecclesiae, diversa ratione gradus humilitatis assignant, & quamvis diffentire videantur, a vero non deviant. Quoniam aut verbi soli discrepant, aut si in re ipsa discrimen est, quos gradus vnu minutatim posuit, alius generaliter comprehendit. Nunc ergo recentemus, quibus modis Patres humilitatis gradus distingunt, vt ab eis humilitatis semitas addiscamus, quosque gradus, quasque actiones humilitatis nos ex illis collegimus, vt eas, si non conuenientius, at accommodatius ad nostram exiguitatem, & ad incipientium captum pertractemus. Hi namque, quo doctrina specialius & minutius exponitur, eo eam facilius capiunt, & suauius in opus producent.

Prosper Aquitanus duos gradus humilitatis exposuit; alterum, quo proximis tamquam melioribus bona pendimus; alterum, quo mala illata & quanamiter sustinemus. Sed præstat hos gradus eiusdem sancti Doctoris verbis audire. Prima, inquit, humilitatis ratio in communis vita versatur officiis, quibus & diuina clementia conciliatur, & societas humana connectitur. Multum enim ad roborandum dilectionem valet, cum secundum doctrinam Apostolicam [in]uicem se homines honore præueniunt. Et alteri alterum superiorem existimantes, amant seruire subiecti, & nesciunt tumere prælati, cum & pauper diuitem non sibi dubitat anteferre, & diuines pauperem sibi gaudet & quare: cum & sublimes non superbiunt de claritate prospici, & pauperes non extolluntur de communione nature: cum denique non plus tribuitur magnis opibus, quam bonis moribus, nec maior ducitur phalerata iniquorum potentia, quam regorum in honora iustitia. Ab hoc æquo & modesto iure concordia, in quo nullum est de gradu superiore certamen, nec fidelitas aut inflat propria, aut viri aliena, pulchre & mirabiliter a plerisque proficitur ad illam humilitatis fortitudinem, quæ & se extra omnem constitutum dignitatem, & maius apta esse iniuriis accipendi, quam idonea repellendis, ut impleatur quod ait Dominus: Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo, & alia duo. Illud quoque Apostolus docet, dicens: Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Tales enim multorum ad imitationem ipsius Domini nostri, & Salvatoris accidunt, qui cum dimes esset, pauper factus est, & cum maledicetur, non male dicetur, & persecuti se non comminabatur.]

Diadochus Episcopus sanctissimus duos alios gradus humilitatis ponit; alterum, quem generat vis aliquius aduersitatis illata: alterum, quem procreat abundantia lucis & devotionis immissa. Volumus autem eius verba, quæ magnam etiam habent eruditorem, exscribere. Res est difficilis, inquit, ad comparandum, humilitas: quo enim maior est, eo est visus eius laboriosior: duobus vero modis ab his comparatur, qui sunt cognitionis sanctæ participes; cum enim in studio pieratis certat, in me-

A dio spiritualis experientia est, tunc aut propter imbecillitatem corporis, aut propter eos, qui virtuti studiorum summè malevoli sunt, aut propter prava cogitationes modestius ac summissius quodammodo de se sentit. Cùm vero mens à sancta gratia in multo sensu & in plenitudine illustratur, tunc anima veluti naturalem habet humilitatem: facta enim plenior, & quasi pinguior, per diuinam gratiam, non potest amplius tumore cupiditatis gloria effteri, quamvis perpetuo mandata Dei perficiat, quin potius inferiorem se omnibus ducit, propter summissionem suæ, & diuinæ modestiæ communitionem: est autem illa quidem humilitas ut plurimum in dolore, & mortificia; hæc vero in latitia cum pudore quodam prudentissimo. Quocirca illa quidem iis, qui in medio certamine sunt, aduenit: hæc vero iis mittitur, qui perfectioni appropinquant, ob hanc caussam illi quidem se penumero secundæ res huius vitæ exprobant, altera vero tametsi quis omnia regna mundi ei affterat, neque stupet, neque admiratur, neque prorsus vehementia iacula peccati sentit. Tota namque spiritualis facta, honores & glorias ad corpus pertinentes nescit. Opus igitur omnino est, ut qui studium certandi suscipiat, cum per illam transferitur, ad hanc veniat; nisi enim gratia doloribus ad erudiendum illatis, non cogendo, sed periclitante probando nostram liberam voluntatem per illam priorem præmolliat, numquam nobiscum amplitudinem huius communicabit.

C Strabus Fuldenis in glossa tres ponit gradus per comparationem ad maiores, æquales, & minores, in hunc modum: Præterea perfecta humilitas tres habet gradus. Primus est, subdere se maiori, & se non præferre æquali, qui est sufficiens. Secundus est, subdere se æquali, nec præferre se minori, & hic dicitur abundans. Tertius gradus est, subesse minori, in quo est omnis iustitia.

D Bonaventura egregius Ecclesiæ Doctor, cumdem numerum graduum humilitatis tenens, tres alios inuenit. Primus est, ut homo quod est, id est, vilem, infirmum, inopem bonis, vitiosum, peccatorem, & si quos alios defectus habet, agnoscat, & sciat. Et non mentiatur se sibi esse maiorem quacumque dignitate fulgear, & non eleuerit se supra se quasi in ventum, vel super alios, insolenter, nec vanas hominum laudes querat, vel honores. Et si aliquando delectat cum aliquod istorum, semetipsum redarguat, & castiget, quasi deceptum, & in quo veritas non sit: iuxta illud Psalmi: Filii hominum visquequò graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Secundus gradus potest dici, cum semetipsum cognoscens homo, non solum spernit se pro vilitate sua, sed etiam sperni ab aliis patienter accipit. Immo quia veritatem amat, & se priuato amore non diligit contra veritatem, etiam desiderat ab aliis reputari talis, qualem se reputat, vilem scilicet, & vitiosum, & ignobilem, & qualem in veritate cognoscit, in quantum credit agnoscendi non obesse. Tertius gradus est, quando etiam in magnis virtutibus, & donis, & honoribus, homo non extollitur in aliquo, nihil sibi ex hoc blanditur, tocum in illum refundens, & integrum restituens, quo fluit omne bonum. Talis fuit humilitas Marie, quæ Mater Dei electa se ancillam nominauit. Talis humilitas Christi, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit. Talis & humilitas Angelorum & Sanctorum in gloria, qui cum sint pleni summo bono, & summo honore sublimati, nullum habent superbie mo-

Strab. in
glos.
Matth.;

Bonav. 6.
proce. Re
lig. c. 22.

Psal. 43.

Prosper
episi. ad
Demetr.

Rom. 12.
10.

Matth. 5.
40. 41.

1. Cor. 6.
7.

1. Petri 2.
23.

2. Cor. 8.
9.

Diado. de
perf. c. 95

Iustus. li.
de humi-
litate. 7.

Iustus. li.
de humi-
litate. 7.

Gal. 8. 14.

Anf. li. de
famil. & c.
100. v/
que ad
108.

Bened. in
reg. ad c.
7.

Trith. ad
reg. ad c.
7.

Ber. li. de
gradibus
humili.
D. Thom.
22. q. 16x.
art. 6.

Libr. 3. p.
2. c. 9. §.
10.

Iacob. Alvarez operum Tom. 2.

tum, sed sunt in se humiliiores. Sic ille multis omisssis.

Laurentius Iustinianus numerum graduum humiliatis auger: sex enim constituit. Primus est, si homo se peccatorem & contemptu dignum agnoscat. Secundus, si affectu vilia de se sentiat. Tertius, si sua peccata, prout oportet, detegat. Quartus, si mala, quae de se dicit, credi appetat. Quintus, si despici, & iniuria affici velit. Sextus, si opprobria esuriat, & conuicta acque iniurias sitiat, & in persecutionibus gloriatur; iuxta illud: Abiit miseri gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.]

Anfelmus septem gradus humiliatis late proficitur, quos ita summam colligimus. Primus est. Cognitio sui; ut scilicet unusquisque se aliis inferiorem existimet. Secundus, est dolor; ut quis nimis de suis peccatis dolet, & erubescat. Tertius, est confessio, qua peccator delicta, de quibus dolet, sincere confiteri studet. Quartus, est persuasio; ut nempe qui confiteretur ea, quae per confessionem publicat, iis, quibus annunciat, non ficta sed vera esse perfudat. Quintus, est consensio, ut qualis quisque est & dolet se esse, & confitetur, & suadet, talem se velit ab aliis haberi, & indicari. Sextus est, sustinencia, ut cum aliqui iniuria fit, eam & quaniam fittere suscipiat. Septimus, est amor; quando nempe humiliis non tantum iniurias patienter sustinet, sed iniurias affictem, verè & ex corde diligit. Hic profectò ad culmen humiliatis ascendit, & veniam suorum ertatum promeretur, quia Deo non iam timore tantum, sed amore se subiicit.

Sanctus Patriarcha Benedictus humiliatis gradus usque ad duodecim protrahit, quos Trithemius, vir apprimè eruditus, quem vix tandem in his extremis regionibus positi ad manus habuimus, his carminibus comprehendit.

Iustorum graduum primus timet omnipotentem.
Illecebris carnis submittit frana secundus.
Tertius Abbatis supponit se reuerenter.
Conuictis spretis, quartus patienter obedit.
Abbatis reuertat quintus penetralia cordis.
Vitis, & indigne confat, se iudice sextus.
Canticis se credit fore septimus inferiorum.
Scit nihil octauus, nisi quod fieri regula celo.
Non loquitur nonus, dum non interrogat alter.
Proscriptis risum decimus, damnataque cachinnum.
Undecimus loquitur ratione paucula verba.
Spellet humum semper dauidus verice flexo.

Cardinalis Ioannes de Turie Cremata tribus versibus breuius conclusit, qui sic se habent:
Qui timet, & nil vult, patens, patiensque facetur,
Contemnit, prefert alios, nil singulus audet.
Ab quo loqui, risique grauis, stat pronus vbique.

Hos eoldem humiliatis gradus Bernardus digna Benedicti proles explicans, totidem gradus superbiae luculentem tractat. Et Thomas Aquinas sufficienciae eorum subtilem rationem ponit. Eosque nos in postrema huius tractationis parte ex professo declarabimus.

Nos supra duodecim actiones humiliatis hinc inde collegimus, quas nunc huius præstantissime virtutis gradus appellare decreuimus. Nec immixtò, quoniam virtutis cuiusque gradus (prout h̄c loquimur ex propriis eius actionibus defumendi sunt, quarum una aliam præsupponat, & aliqua difficultate aut perfectione excedat. Id autem in his actionibus humiliatis facile reperiemus. Licet enim aliqua illarum ad conuerstationem externam pertinere videantur; tamen ut ex affectu interiori procedunt, quo se iustus despicit, & vilipendit, nonnihil

A perfectionis & pulchritudinis præcedentibus actionibus addunt, atque adeo, non incommodè nomen graduum humiliatis sibi vindicarunt. Omissa ergo prima actione iam exposita, quæ ad humilitatem cognitionis attinet, & alia quæ in duas diuisa, duodecim gradus humiliatis facimus, & sunt, qui sequuntur. Primus gradus humiliatis est, seipsum despicere, vilisque reputare. Secundus. In rebus tum magnis, tum minimis de seipso suisque virtibus penitus diffidere. Tertius. Se reputare receptis donis indignum, & ad noua accipienda ineptum.

Quartus. Iudicare seipsum omnibus minorem, atque viliorum. Quintus. Nolle ab aliis magni astimari, honorari, vel laudari; & omnem laudem, a honore in Deum reuicerere. Sextus. Desiderare ab aliis contemni, & vilis haberi. Septimus. Dolore affici, si magnificari, laudari, & honoretur ab aliquo.

Octauus. Propriam vilitatem ac defectus libenter detegere. Nonus. Subiicere se Deo, tamquam seruus domino, vel sicut lumen figulo. Decimus. Subiicere se hominibus propter Deum, superioribus, æquibus, & minoribus. Undecimus. In externis functionibus libenter abiectiora complecti. Duodecimus. Se ipsum in cōspectu Dei, & hominum, ut canem mortuum, & fortentem aspicere. Hac est sapientia humiliatis, quam mundus non nouit, quam ut stultianum iridet, cuius amatores derestat; eam tamen Deus probat, Angeli venerantur, & omnes veri sapientes suscipiunt. O sapientia vera à Christo Salvatore hominum prædicta, quam pauci te cognoscunt, quam pauciores te diligunt, & quam paucissimi etiā in his, quæ spirituales ractant, te assequuntur. Hanc nos sapientiam sapientibus huius saeculi absconditam explicemus, & quam vera sit, quam iusta, & quam digna magnarum mentium, ut datum nobis fuerit, aperiamus. Sed ne memoria excidant hi spirituales aphorismi animæ supra quam credi potest, salutares, libet ante latam eorum expositionem his nostris scriptis nonnulla carmina inferere, quibus virtus ex nostris adolescentibus illos exposuit:

C Mentis opes Humiliū, quicumque requirere certat,
Hū poterit gradibus carpere tutus iter.
Efficit ut vere se puer vndeque vilen,
Primus: & abiectum se reputare docet.
Rebus in exiguis, magnisque, secundus, adumbrat.
Ut sibi diffidat, roborigib[us]que suis.
Tertius indignum donis monet esse receptis,
Ad nouaque appetitum suscipienda minus.
Quilibet in quanto minor omnibus optet haberi;
Omnibus ex animo vilius esse velit.
Quintus honorari renuit: tibi manera laudum
Cum capis, in magnum sunt referenda Deum.
Firma gradu properas vestigia ponere sexto?
Contemni cupies, sub pedibusque teri.
Laudibus afficeris? Patiens doloribus infest
Septimus: & quories te quis honore beat.
Erudit oīt auus culpas reservare libenter,
Et data natura vilia dona sua.
Subditur virque latum figulo, ceu subditur unus
Seruus hero: Domino sit subiugendus erit.
Præfuli imperio, decimus, reliquisque subactum
Se, Dominum propter semper adesse monet.

Dijicit in undecimo officiis, quibus vires extra,
Sumere que reliqua inferiora putas.
Bissemus conspectu hominum, pariterque Tonantia,
Ferentem velut, se docer esse, canem.
Iam igitur quid de his gradibus meditati si-
mus, ordinem ipsorum tenentes,
oportet exponamus.

E Subditur virque latum figulo, ceu subditur unus
Seruus hero: Domino sit subiugendus erit.
Præfuli imperio, decimus, reliquisque subactum
Se, Dominum propter semper adesse monet.
Dijicit in undecimo officiis, quibus vires extra,
Sumere que reliqua inferiora putas.
Bissemus conspectu hominum, pariterque Tonantia,
Ferentem velut, se docer esse, canem.
Iam igitur quid de his gradibus meditati si-
mus, ordinem ipsorum tenentes,
oportet exponamus.